Deniscewicz Basilii Navis Reipublicae Polonae.

NAVIS
REIPUBLICÆ POLONÆ
IN
Amplissimo Orbis publici Ocèáno vacillans difficillìmis variorum molìminum Syrtibus
DETENTA.
Cui expeditæ Regni Sarmatici AQUILINÆ Albæ vehementes excitando suis afflatibus ventos conquisitis binis, de pectore Suo Regalibus Armis obviam
Fausto Solis Occidentis ad propria Poloni Poli Firmamenta redituro Ortui.
Desiderabilem intrandi subministrant portum, quamobrem,
Remis quanto citiùs velisq; extensis
Imbecillitas subiectorum quam maximé incapax,
â
SplendoreLucis publicæ grandævo nimijs promanens sudoribus, eam ad navigandum undis jisdem juvando,
IN
Flumen Eloquentiæ Palladis prudentis suos superaddens fontes,
SERENISSIMO ac INVICTISSIMO DOMINATORI
AUGUSTO III.
DEI Gratiâ Regi Poloniæ, M. D. Lithvaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Podlachiæ, Samogitiæ, Podoliæ, &c. &c. Hæreditario Principi ac Electori Saxoniæ.
Eodem murmurente àmpli Oceani ore. cum nominato inferiùs Nauclero, Ea rudis Minervæ Pòésmata
DE CANTAT.

ANNO 1738.

In Avitum STEMMA
SERENISSIMI
REGIS.

I.

Arma duo REGIS conservans cor Aquilinum
Audax ad pugnam iammodò pectus habet.
Pectore dum vult armato tractare duella
Hæc, expeditis omnia vincet alis
Feriet hæc Aquilæ vis forti corde Leonem,
Cum manibus centum nil Briaræus ei.

1050.

PANEGYRIS.



Diuva Nos ſaltim parum, Tu *Neptune*
Adorari per Nos ſi vis (Rex aquarum
Qui gubernas Maris Naves, Exporrige
A fontibus ſuis vivis, (Nobis claves
Det ut labor non ſit vanus, Adlavandũ
Poloniæ quisq; Civis. (Regi manus
Stat ad Littus modò navis, Et Aquila velox avis,
Quâ Sarmatæ gens munitur,
Per eam á Corvo ſegni, Universum corpus Regni
Saniſſimè cuſtoditur,
Et ex Navi fabricata. Regi Laurus eſt oblata,
Quæ cum Regno hoc unitur.
Regis hujus Laureati, Victorias nolunt pati
Hoſtilitas Libertatis,
Grex in pace vive tutè, Haſtæ ſtrictæ, & acutæ,
Sunt ejuſdem Majeſtatis
Nam per terras, & per mare, Deſidero has laudare
Colereq; quò ad ſatis.
Arma tandem Regis colo, In Polono eo Polo
Pro primo & Principali,
Qui ſunt Viri pravi recti, Debent arma hæc ample-
Cum amore Cordiali, (cti,
Quia illis dum pugnatur, Facillimè liberatur
Regnum clade à fatali
Aquila tu Polonorum, Corde tenens vim armorum,
Quam Rex dedit pro pignore
Evolato usq; Cælos, Et concine lætum mælos
Partim corde, partim ore,
Præſentiâ qui caruit, Varſaviæ comparuit
Majeſtatis cum ſplendore.

A Emi-

Emicuit ut Sol verè, Ad Polonos de sydere
Serenata cum facie,
Resoluto tandem Regi, Stemus firmo pede ei
Martiali in acie
Nam per lumen non vulgare, Resplenduit ut Sol clarè
Universæ Sarmatiæ.
Nostris vitæ in diebus, Post nubila venit Phæbus,
Cum radijs gaudiorum,
Ut omnibus fiat satis, Amplificat sauromatis,
Liberrimum Regni forum
Mentem nostram post sagacem, Propter pingvem nobis pacem
Lampadem dat Oleorum.
Pingve pacis hoc ungventum, Agricolis est argentum
Hoc in pace dat his Telus,
Vbi prata rident lætè, In patrio Arietè.
Aureum jam crescit Vellus
Bino Regis sub mucronè, Audax semper cum Leone
Minimusq; est Catellus.
Per hoc opus, & non vile, Sarmatiæ cor Aquilæ
Occuparunt arma bina,
Vt evitent gentes cladem, Mitigantur per eadem
Dissidia intestina
Poloniæ hoc dát sydus, Quod Patriæ qui perfidus,
Nil nocebit Catilina.
Cum Aquila hac volucri, Habet satis sibi lucri
Poloniæ Dominatus,
Sub AVGVSTO coronato, Liberrimus est à fato,
Incolarum habitatus
Vbi bini Regis enses, Post fatales dies, Menses
Tutissimus quisq; Status.
Sarmaticæ isti genti, Ad hunc Regem venienti
Nil amplius enim restat,
Per innatum Rex amorem, Pate rnm ex se favorẽ,
Penatibus nostris præstat
Aquilaq; jam dispersam, Poloniam universam
Cum his armis, alis gestat.

Arma

Arma Regis hæc gemina, Proficua dant ſemina,
Ex his almæ ſunt ariſtæ,
A ſereno ejus Throno, Pro utili eas bono
Metunt omnes paroliſtæ
Qui habebit autem harum, Manipulum ariſtarum
Felix debet eſſe iſte.
Nam ut pacis fiat quies, Metunt eas, ad hos dies,
Cum gaudio & Coloni,
Interra, & Oceano, Hoc aluntur puro grano
Qui ſunt pares Macedoni,
Æuropa eſt tota teſtis, Quod AVGVSTE Rex Vos
Manipulus JAGIELLONI. (eſtis
Pro ſalute ejus granum, Quod eſt purum, ſimul ſanum
Armis binis roboratum,
Hoc eſt Regis ſingulare, Concivibus ſuis dare
Cum venia pectus gratum,
Non alius Rex ſed iſte, Hoc nocivum, & quòd triſtè
Conculcavit Regni fatum.
Per calcatum omnis fati, Vitam dedit Libertati
In his Regnis in inſtanti,
Heroicam per virtutem, Reſtauravit & ſalutem
Læthaliter ægrotanti,
Ubi ejus perſpectiva, Reſpublica ſalva, viva,
Quoniam eſt hic Rex tanti.
Florens fama immortali, Qui de grano es Regali,
In hoc Regno multa meres,
Fers in hoſtem Enſes duos, Non delebit ullus tuos
Immortales characteres,
Non Euryppus, nec Euphrates, Fide vera es Noſtrates
Os de oſſe noſtro hæres.
Non occlusæ ſunt feneſtræ, Parentelæ cælſæ Veſtræ,
Patritios per Heredes,
Nam ſic ſub te, & ſub ijs, Pro hoc demus grates Dijs,
Quod fatalis procul cædes,
Fide vera, aſt non Græcûm, Tela veſtra ſimul tecũ
amplectuntur Regni ædes.

Quantum Fulmen præliorum, Tanta vis eſt gladiorũ
Per te Rex, qui times Deum,
Quorum hæc eſt ſæpe ſcena, Illis Martis in arena
Hoſtem vincis mortis reum,
Per ferreum tu Rex ſtylum, Vereberis nẽq; hilum
Centimanum Briaræum.
Robur Veſtrum magnanimũ, Nobis dat cor & animũ,
Cum virium Dis cæleſtûm
Polonorum genti iſti, Tutamina porrexiſti,
Ad hunc caſum nimis mæſtum,
Per vos Regem reſolutum, Libertati reſtitutum
Vtilitas & Honeſtum.
Per Regia arma duo, Judicio quisq; ſuo
Inveniet vitæ modum (nis
Fortem habens vim in Thronis, Vt gladio Macedo-
Gordiorum ſcindet nodum,
Libertati quamvis tritæ, Vltimatam unquam vitæ
Non admittet peryodum.
Propterea non Vulcanus, Sed potentis Jovis manus,
Fecit arma Regis bina,
Ut fuerint nimis ſtricta, Exacuit benedicta
Perfectio DEI trina,
Quæ dum nobis pacem quærunt, Modo in ſe corda
Poloniæ Aquilina. (ferunt
Diana his approbatis, Quæ eſt Dea caſtitatis
Inſerviens DEI aræ,
Non alios enſes eos, Qui defendunt ipſos Deos,
Deſiderat ad Altare
Quibus poteſt decertari, Pro ſuccurſu ſingulari
Jovi Patri ſuo dare.
Si hos Enſes amant aſtra, Jam cum illis Mars ad caſtra
Unum habet condictamen
Ne cadendo ſors in vanum, Hoſti reddat purum
Nobis autem ſolum ſtramen (granum
In Dianæ ſimul ſinum, Donum demus vitulinum.
Enſes Regno ad juvamen.

Nam

Nam pax illis firma datur, Nemo ab his vulneratur
Præcipue favorita,
Non dans anſam ad ruinam, Pro vulnere medicina
Hic in ſua habet vita,
Per eadem Regis tela, Ad ſalutem eſt medela
Poloniæ infinita.
E converſo Arma Regis, juxta normam ſuæ legis
mortem habent in paratis
Inde Illa nihil peccant, Læthalitet quando necant
Hunc, qui oſor libertatis,
Tales Regis Protoplaſtæ, Ab his robur, neq; haſtæ
Liberandæ ſunt a fatis.
Jam Poloni Patriotæ, Arma Regis habetote
Reclusa hic de vaginis
Copiisq; libertatum, Salvatote Veſtrum ſtatum
Ne penates voret cinis,
Cum Polono veſtro Polo, Sit in Deo ſalus ſolo,
Et Regiis armis binis.
Sub AVGVSTO eo Rege; Polonia tute dege
Neq; hoſtem ullum pave
Tu qui ſtruis Regi dolum, In eodem ſibi colum
Vt non frangas magis cave,
Spero hanc his necem fore, Cum MARIA Rex u-
In hoc Regno ſalve ave. (xore
In Polona Paleſtina, Lætare Rex & Regina,
Viviteq; dies lætas,
Nervus Vobis Herculeus, Ne noceat aculeus,
Corroboret veſtras metas
Per ſerenas Maieſtates, Lætas Vobis fert æſtates
Hæc Regia Veſtra ætas.
Ideoq; Veſtram vitam, Regno huic infinitam
Optant omnes Sauromatæ
Per eandem ſine fatis, Palmis viæ Laureatis
Vobis ô Rex jam ſunt ſtratæ,
Dans Regnorum Hoſti fræna, Victoriæ manu plena
Cum Polonis triumphate.

Fama volans dic & jube, Vt concinent omnes Tubæ,

Regi huic pro ſalute,
Altiſſima ſua voce, Proclamando omnes doce
Et dic Jovi quod eſt tutè
Nam ſub Regis charactere, Libertati jam Chymeræ
Non nocebunt hæ aſtutæ.
Polonia exultato, Et nunquam jam deſperato,
Sed in Rege hoc ſpem ponè
Ad minimum confer nutum, Ferrum tuũ hoc acutũ
Bino Regis cum mucronè,
Nam per totum non per partem, Addent Tibi cor
Regiæ hæ vires pronæ. (ad Martem
Regnatoris hoc operè, Triumfato magnoperè
In hac Tui ævi luce
Tam in ſago, quam in toga, Pro hoc Rege DEVM
Qui liberat Vos â cruce (roga,
Nam poſt omnem Belli cladem, Vt aliquã Illiadẽ
Hoſtem Tuum claudit nuce.
Vivit Patris dote morum, Conſervatq; jus Avorum
Qui Regnum hoc facit forte,
Anguſtias libertatum, Ad æternum trudit fatum,
Ne noceant in cohorte
Manu DEI Benedicta, Solvit vincla legis ſtricta
Sub Regali ſua ſorte.
Vobis Rex & Veſtris telis, Opem DEVS det de cælis,
Regni hujus ad fulcimen,
Per invictas Tuas manus, Polonorum quisq; ſanus,
Et ægrotat Hoſtis crimen
Calcanteq; Tuo pede, In Patria confers Æde
Cum floribus dulce vimen,
Inter gentes has deſertas, Ne aurea hæc libertas
Patiatur exilium,
Et ſub ſvæta Veſtra cura, Respublica ut ſit pura
Vitiorum jam vilium,
Cadentem hic a vitijs, Rex fulcito Comitijs
Per Senatûsconſilium.

More

More Regis Patricio, sive ullo convitio
In hac Regni libertate,
Armis Hostes domas binis, Velut rosa sine spinis
Flores Patris Majestate
Si has habes in se dotes, Hisce opem dare potes
Poloniæ desolatæ.
Ut sit dulcis Domi fumus, Filiorum Pater summus,
Omnibus fer alimentum,
Per medium suæ pacis, Quo Patriæ lucrum facis,
Libertati da augmentum.
Sub Te, quod est Regnum totum, Sternens plantis
Ex Te Rege, est contentũ (Vestris votum
Ad scabelum Vestrûm pedum, Ut det Deus vim Mace
Gens Victrices palmas iacta (dûm
Tecum Rege, & Principe, Jam vivere hic incipe,
Hilaria sæpe tracta,
Rex, quem colit gens Æuropæ, Exporrigit sua ope
Ad æternam pacem pacta
Dulcem pacis dat quietem, Aureumq; Arietem.
Rex per suum nobis zelum,
Propter totum Regni statũ, Est extensum & para-
Ejus Navi remus velum. (tum
Et in manu hac Regia, Terra Regni egregia,
Et in corde habet Cœlum.
Scito quòd Rex timens Jovem, Non surripit ulli Bovẽ
Sed plurimum adhuc addit,
In terrestri hac cohorte, Contentatur sua sorte,
Ad numina rectè vadit,
Regnans non in absoluto, Corde suo resoluto
Hoc sublevat, quidquid cadit.
Est vulgare Regi Vobis, Virtutibus suis probis,
Læta dare viris mæstis,
Sors est ea Vestræ iræ, Misereri & punire
Reum mortis Vos potestis,
Semel subit pœnas ille, Misereri autem mille
Clementia Vestra Testis.

Clementi hoc vitæ ductu, Nunquam erat ſine fructu,
Vt minimis non det plura
Nec occupat ſeotio, Sed in quovis negotio,
Corroborat fracta Jura,
Noſcunt ut ab imbre gramen, Poſt pondera jam
Civitates Pegi Rura (gravamen
Vrbsq; hæc *Varſavienſis*, Quæ fuerat nimis denſis
Langvoribus circumdata,
Hæc ſub Veſtro Dominatu, In quocunq; ſuo ſtatu
Evitando dura Fata,
Regnatore Te præſente, Omni carens renitente,
Felix illa & beata.
Sub Regali Veſtra cura, Venit, quæ jam peritura,
Fundamenta ad priſtina,
Ab iniqua vice Fati, ſumus omnes liberati,
Veſtra ſorte & divina,
Nam in Regno hoc non fruſta, Longa vive ſecli lu-
Rex Polone & Regina (ſtra
In hocRegnum dum intraſtis,Splendoribus exſiccaſtis
Lacrimarum Oceanum,
Sub tempore hoc præſenti, Libertati jam cadenti
Porrexiſtis Veſtram manum,
Propter fidem meliorem, Fatemur Vos alitorem,
Tanquam pulli Pelicanum.
Quoniam es juſtus, clemens,Cum optimo Jove tenens
Facis bene bonis,malis,
Qui eſt Alfa, & Omega,Vobis ille fors Colega
Dum nec ullum unquam fallis,
Juſtæ vitæ Rex ſelecte, Juxta numen vivis rectè
Virtus Veſtra ſemper talis.
Rex, quem nobis Deus dedit,Cui noſtra gens obedit.
Dominatur in nos juſte
Cujus dotes adæquatæ, Per gariens Flumen latæ
Sub Deorum aris uſtæ,
Non alium, ſed hunc ſonum, Ad Regium dabant
Regna, jube Rex AVGVSTE. (Thronum
Si ha-

Si habemus Vos per Deum, Coronemus hunc puteũ
Populorum voce clara
Ex quo ſitim extingvimus, In amplexũ pedũ imus
Jubet ipſa Deipara,
Rex AVGVSTVS ſvave mare, Sponte ſua deguſtare
Dulcia dat poſt amara.
Tandem ob has ſvaves dapes, Hybleenſes ſemper apes
Sapida dent Regi mella
Repetoq; arma item, Quæ ſecando omnem litem
Ad cruenta ſpectant Bella
Hoſti umbra ad faciem, Regi Vobis ad aciem,
Præluceat Cæli Stella.
Vniverſum Jovis Sydus, Aquilæq; hujus Nidus
Cum Polonis ſuis pullis,
Nam dum per Vos stat Latium, Ad quietem dent
Vobis nodis ſine ullis, (ſpatium
Poloniæ Rex niſi es, Tecum ſit & noſtra quies,
Regni hujus in medullis.
Enim vero te Regnante, Face Belli ne flagrante
Gentem noſtram ſumet cinis
Lithvania cum Sarmatis, Spem fert ſibi â Legatis
Ex his Veſtris armis binis
Causâ Veſtri Dominatûs, In Patria proclamatus
Vniverſi mali finis.
Propter noſtras Regni mores, Apertæ ſunt per Vos fo-
Dulcedine pacis miræ (res
Datis greſſum corde ſvavi, Vt antea Veſtri Avi
Quæq; gens hoc amet ſcire
Pro labore phneumatico , In hoc ſinu Sarmatico
Vobis tutum eſt dormire.
Vbi o Rex ſtas vel ſedes, Ad Regios veſtros pedes
Aures noſtras opponamus,
Quidquid Illi peſſum dabunt, Jã ſterili terræ dabũt
Quod excreſcet lauri Ramus,
Inde Vobis Rex AVGVSTE, Reſtaurandus per
Cum Coloſſis & Pergamus. (nos juſte

Triumfante ex hoc lauro, Cæli alti pluant auro
 Tam in Vos, quam iu Senatum,
Non aliud, f-d hoc pono, Corã Vestro Regis Throno
Deitatis plenum datum,
Per quod Dei munus tale, Vive salvus Rex & ave
Colum frange Regni Fatum.
Nam gens habet hoc per entẽ, Quod Filius post parentẽ
A Polonis non transivit,
Prima causâ sortûm harum, Quod jactura alearum
Sic cecidit & sic ivit
Quisq; ore dicet puro, Jam sub Rege hoc securo
Polonia non perivit.
Non perivit, & non perit, Sed augmentũ Regni erit,
Sub eodem Dominatu
Per easdem Majestates, Liberrimi sunt penates,
â Hostîli devoratu
Et quod erat sub suspecto, Respublica in perfecto
Optimoq; erit Statu.

Propterea sæcla multa, Vive ô Rex & exulta,
Similiter quisq; status
Ob Vestraq; hæc Decreta, Vivant & hi lustra læta
Qui ad Vestrum spectant latus,
Si vim fert styx per Cyclopem, Vobis suam addet
DEVS ipse Incarnatus (opem
Incarnati vi Divina, Rex etiam & Regina
Cum tremore Vos ascendo,
Quousq; in Mundo dego, Maiestati Vestræ ego
Libertatem meam vendo,
Mercedemq; quam hac navi, Fonte eo transportavi,
Simul meum recommendo.
In hac mea servitute, Vestra ô Rex pro salute
Mortis necem nunquam sperno,
Cum Pallade simul Dea, Et Minerva rudi ea
Ad benignas plantas sterno,
Quòd es Clemens,, si hoc credam, suscipito eam Schædam
â Subdito æviterno.

SERENISSIMÆ MAIESTATIS VESTRÆ

Humillimus servus et pedissequa
Basilius Denisewicz.

